

latera integrarunt: Quin et præclare illud obseruantur: ut rectis trabibus/ ubi occasio præstabatur/ cōminutum arcum supadducere: Tum et cōminutis ipsis arcibus rectos arcus etiam supaducerent: qui sub se positos cōminutos cōfouerent et ponderū molestias interciperent. Compositi arcus apud ueteres non quisuntur. Sunt qui turrium apertioribus inducedos putent: quo pīmia superimposita pōdera quasi prora obiecta diffidant: Tam et si copoliti arcus istiusmodi ponderibus confirmantur supadiectis magis q̄i opprimātur. Cuneos quibus arcus ducatur omnes de lato/ et quod ad fieri possit prægrandi uel immobile ex lapide. Nam est quidem cuiusq; corporis pars indissolubilius: quæ a natura concreta et co-unita est: q; quæ hominū manu et arte cōiuncta atq; compacta ē. Esse etiam oportet mutuo coæquales/ ut quæ in libra dextera si nistris respondeant facie/ magnitudine/ pondere: et eiusmodi. Arcus plures si ad porticus papertiones cōtinuatas a columnis et capitulis duxeris: facito cunei unde bini: aut plures arcus iuncti insurgūt: nō duo: aut pro arcuū numero totidem sunt lapides et dissecuti: Sed unicus atq; idem prorsus integer: quo huius et istius arcus capita cōtineantur: Qui uero secundū proximi in hos primos insurget cunei/ si prægrādi erūt ex lapide curato ambo: alter ad alterum suis hæreat iūctis ad lineam renibus. Tertius qui secundos hosce operiet lapis ad murorū leges libella coaptabit nexura comparili: ita ut iūctis ambo his arcubus seruat: amboriq; cunei os detineat captu. Toto in arcu facito ut iunctionū adhæsiones/ et cōclusuræ suum ad centrum dirigant. Spinæ cuneum periti unico et integro et prægrandi semper lapide apposuer: q; si erit muri crastitudo maior q; ut cuneos istiusmodi quæas: integrōs ponere: is demū iam tunc arcus/ sed esse testudo potius incipiet: quā nos fornicem appellabimus.

*Testudinibus/*

Testudinum uaria sunt genera: Disquirendū quid inter se differant/ et quibus lineis cōstituantur: Fingenda mihi erunt nominatae: quo sim/ quem esse me his libris maxime elaborandū institui: facilis et minime obscurus. Nec me præterit Ennium poetam maximas coeli appellasse fornices: et Seruū cauernas dixisse eas esse

quæ in carinarum sint factæ modūm. Sed peto hanc ueniam/ ut his libris id tandem satis putemus dictum latine: quod cum aptè ad rem: tum et apertissime intelligatur. Testudinum ista sunt genera/ fornix/ camera/ et recta spherica: et si quæ istarū quota sunt pars: Ex his recta spherica sui natura nō nisi parietibus a circulari area surgetib⁹ imponitur. Camera uero testudo quadratis debetur areis: Fornicibus autem areæ angulorū quatuor: seu brēuiores illæ quidē/ seu oblongæ sint: quales uidemus criptoporticus operiuntur. Testudo ea quæ perforati ad motis similitudinē ducat: Verbi etiam similitudinē apud nos fornix appellabitur. Erit igitur id ueluti unum atq; item alteros ad arcum arcus adegeris: aut quasi flexa trabis latitudinem extensam multo ac protinus dilatam reddideris: Ex qua re assequemur/ ut quasi inflexus paries in caput pro tecto adstet. Sin autem fornicem hanc fortassis a septentrione ad meridiem protensam transuersa altera fornix ab oriente ad occidētem solem peruidens totis lineis secuerit/ testudinē cōstituent: quam inflexorum cornuū similitudinē: quæ in angulos procurrant cameram nūcupabimus. Qd si arcus ipsi complures et coæquales mutuo unicum in punctum medii culminis fese intersecuerint: testudinem cōstituent coelo similem: rectam inde sphericam appellari hanc placuit. Quæ testudines aliqua istarū e partibus constet/ hæ sunt. Nam si coeli emispherium natura perpendiculari et recta sectione ab oriente ad occidentem uersus duas in partes diuiserit: Testudines dabit geminas: quæ quidem scaphis emiciclorum pro tecto sunt. Sin autem ab orientis angulo ad angulum meridiei: et a meridianō istoc ad angulum occidentis: et ab isto ad angulum septentrionis: et a septentrionali quoq; istoc ad primarium illud orientis angulum pari ratione natura circū septum et cōmutilatum coeli emispherium reddiderit: testudinem tum quidem in medio relinquet: quam nos turgidi ueli similitudine auleam nūcupabimus. Inqua uero perficiunda plures fornitis partes conueniant: quales uidemus sex octo ue angulorum areæ testudinari: hanc nos sphericam angularem appellabimus. Testudinum astruendarū ratio eadem: quæ in muris affluabit:

Ossa enim integrā ad summum usque testudinis ex ossibus parietis insurgent: et pro illorū modo istic imposta perducētur: et inter se quota aliqua distabunt parte. Ab ossibus uero ad ossa illigamēta protrahentur: et media cōplementa infarcītūr. Sed in hoc dif ferunt: q̄ in pariete ad rectam regulam normāq; et libellam/ lapi des et singuli ordines coagmentātur atq; componūtūr: In testudi ne autē ordines ad flexam regulam / et lapidis omnes cōclusuræ ad sui arcus cētrum dirigētur. Ossa ferme nusquā induxere uete res nisi cocto ex latere / eodemq; ut plurimū bipedali: monētq; te studinum complementa absolutas lapide leuissimo: nequid muri iniquo abhinc pondere fatigētur. Consuēsse tamē aduerti aliquos nō solidissima semper ossa perducere: Sed ossium loco sparsim stantes inlatus lateres inter se ruisse/ capitibus pectinatim in se iū etis: ut si quis dexteræ manus sumos digitos sumis sinistris digi tis interstringat: Et intermedia complere cemētio congestu: et præsertim pumicē cōsueuerunt: quem omniū lapidem testudina tionibus complendis cōmodissimū esse omnes profitētur. Sed ar cubus et testudinibus struendis armamēto opus est: id rudis et tē poranea quādam est contignatio ad flexæ lineæ ambitum diffini tar: cui pro corio et cute aut crates aut harundines/ aut uilia istius modi cōsternūtūr/ sustinendæ coaggregationis in testudine quoad duruerit. Est tamen inter testudines una omnium recta spherica quæ armamēta non postulet: quando ea quidem nō ex arcubus so lum: constat: uerum etiam coronis. Et quis possit referre aut me ditari/ q̄ sint horum uterq; inumerabiles harentes adacti sese mu tuo interfecantes/ ad pares angulos et ad impares: ut quotocumq; loco per uniuersam testudinem istiusmodi. aliquem intersectueris sapidem/ plurimorū intelligāste: et arcum et coronarum cuneū apposuisse: et coronam qui coronæ suprastruxerit: et iam arcum/ qui alterum arcum pduxerit: singito uelle: id opus labescere/ un derincipiet. Cunctis præsertim cuneis unum centrum potentibus pari et uiribus et inixu. Huius testudinis firmitate pleriq; apud ueteres adeo abusū sunt: ut solum in quotos aliquos pedes testace as simplices coronas instrauerint: Ceteram uero testudinē opere

tumultuario cementariam perfundendo materiem perfecerint. Sed longe eos probō qui interducendum opus curarint/ ut qua ar te lapides in pariete illigantur/ eadem hic coronæ inferiores pro ximis superioribus: et arcus inuicem arcubus locis nō rarissimis innectantur: præsertim si harenæ fossiceæ copia nō suppeditabit aut maritimis hastrinīs ue opus obiiciatur. Angularem quoq; testudinem sphericam modo per eius istius crassitudinem rectam sphericam interstruas/ poteris attollere nullis armamentis: Sed istic nexura potissimum opus est: qua huius imbecillæ partes par tibus illius firmioribus arctissime illigentur: Tamen confer ductis iam una atque alteris lapideis/ et duratis coronis/ leuia il lic subillaqueare amenta et ansas: quibus tantrum armamenti com mittas: quantum sat sit ferendis coronis his quæ aliquot inde in pedes superastruanē/ quoad sicceſcāt: Et deinceps cum hæ quoq; partes duruerint/ in quotos quoq; ordines ista hac armamēti si b fidia ad suprema perficiunda transferre: quoad usq; opus absolu tum reddideris. Testudo/ Camura/ atq; item fornix armamen tis substitutis inducatur uecesse est. Sed uelim istarum primos ordines/ et arcuum capita firmissimis sedibus cēmendari. Neq; placent qui prius totos parietes extollunt solis pediculis mutulo rum relictis/ quibus post tempora testudinem comittant/ infirmū opus atq; inconstans. Quare si me audient una hi quidem arcus et paribus ordinibus cum suo pariete cui inhāreant/ ducentur: quo id opus pluribus perq; ualde id fieri potest/ firmissimis nexi bus coniatur. Vacua uero inter assurgentēs inflexus testudinū et parietem cui adha rent reicta/ quem locum fabri coxam nun cupant/ infasciantur non tellure aut solutis ruderibus siccis: sed potius structura ordinaria et stabili/ parietiq; iterum atq; iterum connexa. Et placent qui leuandi oneris gratia/ fictilia uasa aquaria vacua per coxarum crassitudines indidere rimosa atq; inuersa: nequid collecta illic humiditate ingrauescent: Et ce menta superinfundere ex lapide minime graui/ sed alioquin tenaci. Tota demum in testudine uticumq; illa sit:

naturam imitabimur: quæ quidem cum ossa adiunxit ossibus: tū et carnes ipsas intexit uillus nexura per omnes diametros iter ductis in longum / in latum / in profundum / in obliquum / Hoc nobis artificium naturæ lapidibus interferendis ad testudines imitandum censeo :

**H**is absolutis proximū est ut in sternātū / res intota adificatione  
primaria / et nō magis necessaria q̄ difficilis : in qua assequenda et  
pficiunda omnis omniū cura et diligentia iterum atq̄ iterum ela  
borauit . De his nobis dicendum est : Sed prius illud interferendū  
iuuat : quod ad testudinū optis in primis spectat . Et enim inter te  
studines absoluendas differentiā est : Nam qui arcus aut testudo  
subiectis armamentis facienda sit / cōfestim atq̄ minime intermis  
so opere astriuatur necesse est : Q uæ uero sine armamentis fiat / in  
tercalationibus prope singulos i ordines idiget : quoad cōgesta fir  
mentur : ne partes nouissimæ supadiectæ pristinis nō satis firma  
tis / resolutæ defluant . Et præterea armamentatis testudinibus iu  
uat illico / ubi sūmis conclusæ fuerint cuneis paulo / ut ita loquar /  
relentare subices / quibus armamēta substineantur : Id quidem ut  
recenti adhuc in opere cōmissi cunei nō natent inter somera et ful  
tu calcis : Sed coequabilē inter se acquiescendi sedem suis libratis  
ponderibus occupent : Alioquin inter sicciscendum congesta non  
ut opus postular / cōstipatæ congrueret : sed rimas relinqueret se  
dendo : Id circa sic fiat / non pro rursus adimantrur : sed indies sensim  
relentetur armamēta : ne si nō attēperate subdemas / crudū opus  
sequatur . Post dies uero aliquos pro operis magnitudine adhuc  
plusculum relētato : Sic deinceps facito / quoad lapidei per testudi  
nem cunei se se coaptent / et opus durescat . Relentādi modus hic  
est : Nam tum operis armamēta in pilis aut ubi cōducatur consiliu  
eris : primum illic subrigis capitibus ipsiis armamenti cuneos ligne  
os ad bipennis similitudinem acuminatos . Cum igitur relentare  
opus libuerit / malleolo cuneos hosce distrudes sensim quoad uo  
les / sine periculo : Denique sic statuo / nō ante integrām per  
pessam hyemem armamenta esse subdēmenda : Id quidem cum  
ob ceteras res : tum nē imbrīum madefactione eneruatum resolu

tumq[ue] opus proruit: Tam eti[am] dari testudinibus nihil c[on]modius  
poterit: q[uia] ut aquam abunde combibant et nunquam sitim sentiantur.  
Hactenus de his i[n]venimus: cum h[ab]entur: cum h[ab]entur: n[on] solum  
Redeo ad tecti crustam. Nempe si recte interpretarim: nihil est  
in toto aedificio antiquius: q[uia] habere sub quo urentes soles atque e  
coelo cadentes tempestates profugiens excipiatur! Id adeo benefi  
cium tibi ut perhene sit: praestat non paries: non area: non q[uia] quis  
istorum omniū: sed una imprimis quantū uidere licet: extrema te  
cti crustula: quam ipsam habere contra omnes temporū iniurias  
validam: prout rei necessitas postulat: atq[ue] cōstantem hominum  
industria et artes facto rerum omniū periculō uixidum satis reper  
tam reddidere. Neq[ue] facile reperiri posse confido: Nam cum nō  
solum imbrex: uerum et gelationes et astus: er omniū item inse  
stissimi uenti lacesteri: nulquā intermitcat: quis tam affiduos tac  
acerrimos hostes tolerare uispiciat possit? Hinc est q[uia] alia  
ilico putrescant: alia dissoluuntur: alia parietes deprimit: alia fin  
duntur: rumpuntur: alia abstergeruntur: ut ne metallū quidem alibi  
contra tempestatu iniurias iniuxta istic tam multas perferre offen  
siones queant. Sed homines pro locorum naturā copiam rerum/  
quae ad manus subueniret: non aspernari: quoad lictus necessitatē  
prouiderunt. Ergo uaria contegendorū operum orta obseruatio  
nes. Pyrges inquit Vetruius: harundine: et apud Massiliam  
subacta cum paleis terra operiū. Thelophagi apud Garamatas/  
ut refert Plinius: testudinū superficiem crustis tegunt. Maxima  
pars Germania asserulis uititur. In Belgica prouincia candidum  
facilius secat lapidem: q[uia] lignū tenues in laminas: quas pro regu  
lis exponunt. Ligures atrusciq[ue] tegendis adib[us] latastris adhibebet  
crustolo ex lapide disceptas. Alii paucimeta de quibus mox referā  
experti: tandem oībus pericitatis: nōdium tamen ingenia et indu  
stria mortaliū inuenere cōmodius tegula testacea? Nam paucim  
etorum quidem opus pruinis scabreficit: fundit: sicut. Plumbum:  
feruoribus solis colliquescit: as si graue est: magno ponitur: si  
tenue: uentis deturbatur: atq[ue] aerugine gracilescit: ablaceratur:  
Tegula ciprium quedam Crinia agricolæ filiū inuenisse ferū: